Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26089
Copyright: Admont, Benediktinerstift

psalmus digestus est ex persona domini salvatoris, quippe
cum plura de eo in novo sint posita testamento. Dicit
itaque: Deus deus meus respice in me et reliqua. Quare assumpsisti
hominis causam ait, ut interrogare quodammodo videatur
dicens. Deus omnium qui es deus meus, cur me dereliquisti
Nichil enim mihi conscius sum. Secundum prophetiam enim nesciebat
peccatum nec erat dolus in ore eius. Hec autem dicit ut ma
nifestaret propter nos se esse derelictum. quorum peccata porta
bat, ac videntes disceremus et nos per ipso sancto et iusto
mori. cum per peccato nostro ipse moreretur. Denique hac vo
ce in passione usus est sicut in evangelio legimus. Heli heli
lamasabactani. Hoc est. Deus deus meus quare me dereliquisti
Hac inquam voce usus est. ut [illegible] prophetia annunciave
rat rei exitus approbaret. Et quoniam sequentia pene mani
festa sunt illum inspiciamus versiculum in quo ait. Ego sum
vermis et non homo. Cur tociens dominus creature vermiculo
se voluerit comparari possumus hoc humilitati quidem
primitus assignare que sicut virtus est maxima. sicut
sanctus moyses ante deum se animal irracionabile profitetur.
david pulicem se sepe commemorat. Sed magis illud
accipiendum puto quoniam vermis nulla extrinsecus admix
tione alicuius corporis sed de sola et pura terra procreatur.
ideo illum comparatum domino quoniam et ipse salvator de sola
et pura terra maria generatur. Legimus etiam in libris
moysi de manna vermiculos procreatos. Digna plane